



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 98. Amadæi obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66507)

circulum sacratissima Eucharistia exposita Sæcul. XV.
 circumferebatur, hinc decretum, ut dein- A.C. 1452.
 ceps bis tantum solemní ritu SS. Eucha-
 ristia exponeretur, ac publice circumfer-
 retur, nimirum in festo Corporis Christi,
 & illius octava die, ut ejusmodi devotio-
 num usu minus frequenti assistentium pie-
 tas, atque fides augeretur.

§. XCVIII.

Amadæi Obitus.

Hoc item anno die decima septima Ja- *Æn. Sylv.*
 nuarii Genevæ Amadæus Sabaudiæ *comm. Pii II.*
 Dux in Concilio Basileensi Papa electus, l. 7.
 & Felix V. appellatus, sexagesimo octa-
 vo ætatis suæ anno cum opinione sancti-
 tatis decepsit. Hic schismate ad quadra-
 gesimum annum & amplius (*) protra-
 cto se Pontificatu abdicavit, quo facto
 tam clarum pietatis exhibuit specimen,
 ut ubique pro more illius ævi versus iste
 decan-

(*) Nmio Felicem Antipapam extollendi
 studio abruptus Continuator nosler dictorum
 suorum oblitus fuisse videtur, dum in libro CV.
 § XLIII. schisma extinctum fuisse scr̄p̄t an-
 no MCCCCXXIX. nunc vero jam aliud QUADRAGINTA annos durasse memoret, cum
 tamen præsens schisma duntaxat a die intrusi
 Amadæi epocham suam agnoscat, scilicet ab an-
 no 1439. quodque finitum est anno 1449.

Sæcul. XV. decantari auditus fuerit: *Fulfit lux mundo, cessit Felix Nicolao.* Corpus ejus Ripaliorum primo humatum, dein Taurinum in Ecclesiastam S. Joannis translatum est. Uxorem habuit Margaritam de Burgundia, cuius Pater erat Philippus cognomento audax, Burgundiæ Dux, Mater vero Margarita Flandriæ Comitissa. Ex hoc connubio plures suscepit liberos, scilicet Amadæum Pedemontii Principem, cui anno salutis millesimo quadringentesimo trigesimo primo obeunti successit Ludovicus; Præter hos ei nati sunt Philippus Genevæ Comes, qui anno supra millesimum quadringentesimo quinquagesimo secundo sine prole defunctus; denique duo gemelli, quorum primus Antonius nomine Anno millesimo quadringentesimo octavo, alter ejusdem nominis sequenti anno præmatura morte vivis erecti sunt. Filias habuit quatuor, ex quibus Maria anno salutis millesimo quadringentesimo vigesimo septimo Philippo de Viccomitibus, seu Visconti, Mediolanensem Duci matrimonio juncta, post Mariti sui fata in coenobio ad S. Claram Taurini sacrum habitum induit, & usque ad annum millesimum quadringentesimum quinquagesimum octavum ibidem religiose vixit. Altera erat Bonna, quæ Joannis Britanniae Ducis Filio desponsata, Anno Domini millesimo quadringentesimo

tesimo vigesimo septimo fatis functa est; Sæcul. XV.
 Tertia fuit Margarita, quæ innupta de- A.C. 1452.
 cessit Anno millesimo quadringentesimo
 decimo octavo; & altera Margarita pri-
 mo copulata Ludovico III. Andegaven-
 sium Duci, qui Neapolis ac Siciliæ Rex
 nuncupabatur, postea Anno post Christum
 natum quadringentesimo quadragesimo
 quarto supra millesimum Ludovico Electo-
 ri Palatino, post cujus obitum, qui contigit
 Anno Incarnationis Dominicæ millesimo
 quadringentesimo quinquagesimo primo,
 tandem Ulrico Leucoreæ Comiti tertiiis nu-
 ptiis juncta. Hic Margaritæ conjugi suæ,
 quæ Anno millesimo quadringentesimo se-
 xagesimo octavo humanis rebus erepta
 est, superstes vixit.

§. XCIX.

Græcorum cæcitas ad Mahometis molimina.

Quamvis Mahometes conceptum Con- Phranz. l. 3.
 stantinopolitanæ urbis obsidendæ cap. 8. p. 17.
 consilium nonnisi paucissimis familiarium Chalcond. l. 8
 suorum detexisset, nihilominus Græco- Leunclav in
 rum Imperator ex insolito apparatu, quo Pand. num.
 instruendo Mahometes integrum annum 128.
 insumpserat, infausta quæque sibi omina-
 batur: quo circa ut ejus consilia, quantum
 posset, everteret, omni ope & opera con-
 tendit, nilque intentatum reliquit, ut

Hist. Eccles. Tom. XXVIII. Z arcis,